



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

4 Lib. esse in viros pios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

chelao Macedonum Rege munus magni pretij in eodem verò conuiuio Euripides quoque adesse, Rex iubet mox quoque dari munus Euripidi, addens sui iudicij significationem his verbis: *Ille dignus est, qui petat; Euripides dignus est, qui accipiat.* Si hoc modo & discernerentur, & alerentur ingenia, tum litteris, tum Reip. melius confideretur. *Vide Signum 7.*

SIGNVM IV.

Liberalem esse in pios.

LIBERALEM ESSE IN VIROS
pietatis thorace indutos.

Marcus Gazensis Diaconus scribit *Enochian Augustam* dedisse S. Porphyrio Gazensi Episcopo ducenta auri librarum pondera, ut edificaret Ecclesiam, & addidisse: Significat enim, si opus habueris pluribus pecunijs, & eas facere mittam. Construe etiam Xenodochium, ut excoquantur fratres, qui veniunt in tuam ciuitatem, & tribus diebus eis sumptum præbeas. Dedisse etiam sanctis. Ioanni Casareæ Palæstinæ Episcopo aureos mille, & vasa pretiosa utrisque: ad sumptus vero dedisse utrique ad centum aureos. Ad hæc etiam Arcadium iussisse Præfectis, eis dari ex publicis vectigalibus Palæstinæ circa viginti libras auri, & dedisse eis pro sumptibus circiter quatuordecim aureos 50. Sic boni Magistratus bene meritos de Rep. donis afficiunt etiam ex opulento Reip. arario.